

conatus interuenterere possit: nonnulla, quæ obstare videntur, seorsim examinabimus.

Videntur enim exquisitoribus his agendi modis, cum inutilia reddi, & periculosa, tū Medico pariter & infirmo per quam incommoda remedia. Inutilia quidem, integrorum respectu, quæ à se fatis idonea sanandis ægri- tudinibus, solutionem omnem dissuadent. Exquirat medendi scopus simplicis facultatis remedium. Id facilè, ex classe plurimorum, quibus humano generi prospexit natura, se offeret: vel saltem aliorum admixtione, si simplex haberi nequiuerit, inutilis redundans qualitas supprime- tur, & à quouis agendi momento vel nolens auocabitur. Poscat vires diuer- sas, nec illæ deerunt. Cichoreum refri- gerat, simulque ex aduerso obstructa li- berat, & expurgat. Idoneum ergo, tum causæ februm euertendæ, tum æstui re- stinguendo. Quod si alius citata peri- culum imminuendarum virium indu- xerit, vel solum absynthium, morbi causam abstergendo propellet, & in- natæ adstrictionis beneficio laxiorem

*Non inutilia euadunt remedia Chymicè preparata.*

L aluum